sup[er] s[an]ctuarium tuum q[uo]d desertum e[st].
Propt[er] temetip[su]m inclina d[eu]s meus
aurem tuam et audi: aperi oculos
tuos et uide desolatio[n]em n[ost]ram: et ci
uitatem sup[er] quam inuocatum est
nomen tuum. Neq[ue] enim in iustifi
cationib[us] n[ost]ris p[ro]sternimus p[re]ces an[te]
faciem tuam. sed in mi[sera]tio[n]ib[us] tuis
multis. Exaudi d[omi]ne placare d[omi]ne:
attende et fac. Ne moreris p[ro]pter te
met ip[su]m d[eu]s m[eu]s: q[ui]a nom[en] tuum inuo
catum est sup[er] ciuitatem et sup[er] po
pulum tuum: d[omi]ne d[eu]s n[oste]r. Fer[i]a. iij. lec[tio]. m. xvi. b.
In diebus illis. F[a]c[tu]s est s[er]mo iii. regum.
d[omi]ni ad heliam thesbitem dicens. Sur
ge et uade in sareptam sidoniorum.
et manebis ibi. precepi eni[m] ibi mu
lieri uidue: ut pascat te. Surrexit
et abijt in sareptam. Cumq[ue] uenisset
ad portam ciuitatis apparuit ei mu
lier uidua colligens ligna. Et uocauit

MS. M.R. Frag. 37.1

eam: dixitque ei. Da michi paululum
aque in uase ut bibam. Cumque illa
pergeret ut afferret: clamauit post ter-
gum eius dicens. Affer michi obsecro
et bucellam panis in manu tua. Que
respondit. Viuit dominus deus tuus: quia
non habeo panem nisi quantum pu-
gillus capere potest farine in ydria: et
paululum olei in lechito. En colligo
duo ligna. ut ingrediar et faciam illud
michi et filio meo: ut comedamus
et moriamur. Ad quam helyas ait.
Noli timere: sed uade et fac sicut dixi-
sti. Verumtamen michi primum fac de
ipsa farinula: subcinericium panem
paruulum: et affer ad me. Tibi autem
et filio tuo facies postea. Hec autem
dicit dominus deus israel: ydria farine non
deficiet: nec lechitus olei minuetur.
usque ad diem in qua daturus est dominus
pluuiam super faciem terre. Que abi

ultus eius et despectus: unde nec
reputauimus eum. Vere languo
res nostros ipse tulit: et dolores nostros
ipse portauit. Et nos putauimus e
um quasi leprosum: et percussum a deo.
et humiliatum. Ipse autem uulneratus
est propter iniquitates nostras: attritus
est propter scelera nostra. Disciplina pacis
nostre super eum: et liuore eius sanati
sumus. Omnes nos quasi oues i
errauimus unusquisque in uiam suam
declinauit: et dominus posuit in eo iniqui
tatem omnium nostrum. Oblatus est
quia ipse uoluit: et non aperuit os
suum. Sicut ouis ad occisionem du
cetur: et quasi agnus coram tonden
te se obmutescet: et non aperuit os
suum. De angustia et de iudicio
sublatus est. Generationem eius quis
ennarrabit? Quia abscisus est de
terra uiuentium. Propter scelus populi

Kadb
MS. MR. Frag. 37.2

mei percussi eum. Et dabit impios
pro sepultura: et divites pro morte sua.
eo quod iniquitatem non fecit. neque do
lus fuit in ore eius; et dominus voluit
conterere eum in infirmitate. Si po
suerit pro peccato animam suam: vide
bit semen longevum: et voluntas
domini in manu eius diriget. Pro eo
quod laboravit anima eius: videbit
et saluabitur. In scientia sua iustifica
bit ipse iustus servus meus multos.
et iniquitates eorum ipse portabit.
Ideo dispertiam ei plurimos: et fortium
dividet spolia. Pro eo quod tradidit
in mortem animam suam: et cum scele
ratis reputatus est. Et ipse peccata
multorum tulit: et pro transgressori
bus rogavit ut non perirent. Dicit
dominus omnipotens. Feria v. in cena domini. Ad Co
Fratres. Convenientibus rinthios. n. xi. d.
vobis in unum: iam non est dominicam